Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





et exte fortitudo mea. et diruptent e
dos tuos. Hæc dicit dominus. Sicut
si eruat pastor de ore leonis duo
crura aut extremum auriculæ: sic e
rruentur filii israel qui habitant in sama
ria in plaga lectuli. et in damasci
grabato. Audite et testamini in
domo iacob. dicit dominus exercitu
um. Quia in die cum visitare ce
po prævaricationes israhel super eum:
visitabo et super altaria bethel: et am
putabuntur cornua altaris. et cadet
in terram. et percutiam domum hyema
lem cum domo estiua. et peribunt do
mus eburuee. et dissipabuntur edes
multæ dicit dominus. Cap. iiii.
Audite verbum hoc uaccæ
pingues quæ estis in mon
te samariæ: quæ calumni
amini egenos. et frangitis
pauperes: quæ dicitis domino uestro:
afferte et bibemus. Iurauit domi
nus in sancto suo. Quia ecce dies ue
nient super uos et tollent uos
in contis. et reliquias uestras in olla
rum feruentibus. et pauperas exibitis al
tera contra alteram. et proiecimini
in armon. dicit dominus. Venite
ad bethel et impetite agite ad galga
lam et multiplicate prævaricationes.
et offerte mane victimas uestras: tribus
diebus decimas uestras: et sacrificate de
fermentato laudem. et vocate uoluntа
tas oblationes. et amplificate. Sic enim uo
luistis filii israhel. dicit domi dñs.
Vnde et ego dedi uobis stuporem den
tium. in cunctis urbibus uestris. et in di
gentiam panum in omnibus locis
uestris. et non estis reuersi ad me. dicit do
Ego quoque prohibui a uobis imbrem.
cum adhuc tres menses supersint
usque ad messem. et pluam super ciuitatem
unam. et super aliam non pluam. Pars
una compluta est. et pars alia super quam
non pluit aruit. Et uenerunt duæ uel
tres ciuitates ad ciuitatem unam. ut
bibent aquam. et non sunt saciatæ. et
reuertisti ad me dicit dominus. Per
cussi uos in uento urente. et in aeru
gine: multitudinem hortorum uestro et
uineæ uestræ olueta uestra. et ficeta
uestra comedit eruca. et non reuertisti ad
me dicit dominus. Misi in uos mor
tem in via egipti. percussi in gladio iu
uenes uestros. usque ad captiuitatem equo
rum uestrorum. et ascendere fetorem castro
rum uestrorum in nares uestras. et non
reuertisti ad me dicit dominus. Sub
uertit uos sicut subuertit dominus
sodomam et gomorram. et fuistis
ut torris raptus de incendio. et non
reuertisti ad me dicit dominus. Qua
propter hæc faciam tibi israel. Postquam
autem fecero hæc tibi: præparare in occursu
tuo deo tuo israel. quia ecce formans
montes. et creans uentum. et annun
cians homini eloquium suum. faciens
matutina nebulam. et gradiens su
per excelsa terræ. Dominus deus exer
cituum nomen eius. Capitulum. v.
Audite verbum istud. quod ego
lamento super uos planctum.
Domus israhel cecidit. et
non adiicet ut resurgat virgo is
rahel. proiecta est in terra sua: non
est qui erigat eam. quia hæc dicit
dominus deus. Vrbs de qua egredie
bantur mille. relinquentur in ea cen
tum. et de qua egrediebantur centum.
relinquentur in ea. x. in domo israel.
Quia hæc dicit dominus domu
israel. Quærite me et uiuetis. et nolite
quærere bethel. et in galgala nolite
introire. et in bersabee non transibitis.